GENNADII SCHOLARII PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI

DEFENSIO QUINQUE CAPITUM, QUÆ IN ſancta & œcumenica Florentina Synodo continentur,

De proceſsione Spiritus Sancti.
De ſacrificio in azymo, vel fermentato.
De purgatorio.
De fruitione ſanctorum.
De primatu Papæ.

Fabio Beneuolentio Senenſi interprete.

AD SANCTISSIMUM D. N. Gregorium Papam XIII.

De licentia ſuperiorum.

DILINGÆ,
Excudebat Ioannes Mayer.

M. D. LXXXI.

es de la Comp.ª de Jesus de Sal.ª

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

SANCTISSIMO D. N. GREGORIO PAPÆ XIII.

CVM ante aliquot annos Pater Beatiſsime de ſtatꝰ eccleſiaſtici prę ſtantia pauca quædã conſcripſiſſe, ciuilibuſq; & humanis rationibus oſtendiſſem, non reperiri politiã inter omnes alias ea xcellentiorem; reliquũ erat id theologicis & diuinis teſtimoniis comprobare. Sed dum in hac cogitatione totus defixus ſum atque hæreo, incidi in Græcum Gennadij volumen Conſtantinopolitani Patriarchæ: in quo hæc omnia nouo

GENNADII SCHOLARII PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI EXPOSITIO

Pro ſancta, & œcumenica ſynodo Florentina, & defenſio quinque capitum, quæ in decreto eius continentur, ad Græcos.

Fabio Beneuolentio Senenſi interprete.

PROOEMIVM.

SI MAGNVM religionis myſteriũ pura mente, & ſincera diſpoſitione adhibita, fuerit perquiſitum, mentis oculos, & corporis explanat, atq; aperit, ſolaribuſque radijs clariores reddit: ac veluti ij deſuper in terram procumbentes, nõ planas tantum vias, ſed etiam abditos, & obſcuros angulos illuſtrant: ſic & mentis oculi veritate ſubnixi, nec rerum diſtortarum præſumptione obtenebrati, non ſolum quæ ſunt recta, & facilia ſcripturæ percipiunt, diuino præeunte auxilio, ſed etiam quæ in intimis ſenſibus orationis abſconduntur, exacte intelligunt, & ad rectum ſenſum perducunt, atque vt percipi-